Recognoscenti ratione bonor agri Cmethonalis Masilkowski dicti cum Aedificio ad eundem agrum pertinente in bonis Villae Drzewowice Terrae et Districtus praesenti Premislien iacen et consisten in summa Du centorum Quinquaginta florenorum Polonicalium coram Actis Offi Castren Capitan Premislien recognita, in inscriptione eadem obligatoria de praemissis latiori, nec non de ipsa summa Ducentorum Quinqua ginta florenorum polon Quietat, exemittat, dimittat, liberumque et abso lutum pronunciat, Inscriptionem eandemque obligatoriam Castrensem Capitan Premisliensem cum omnibus illius conditionibus in toto et per omnia cassat, mortificat, et annihilat, sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Honesta Kotocona Honestis Poplawskim Donat.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesen Castren Capitan Pre mislien Honesta Tacia Kotowna, olim Honesti Ianko cum Honesta Eua procreata filia. Honesti vero Martyn Woloszyn consors legitima, cum eius dem Mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali Assistentia et Vlroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens foro suo quovis proprio omisso, et Iurisdictione propria posthabita, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet [illegible] Iuris sui generaliter omnibus totaliter explanavit [illegible] liber publice et per expressum re [illegible] propria et haereditaria infrascripta post [illegible] naturalis successionis devoluta, Vi [illegible] Lamiera miedzy Garbarami [illegible] consisten cum omni praemisso [illegible] state omnibusque et sin [illegible] bus, commodis emolu [illegible] universis, nihil ex [illegible] tentis et praerogati [illegible] propriam alio reservan

rew.

reu exigien[d] verum prout eadem bona seu fundum praefatum Kotowska dicta se Recognoscen[s] legitime concernebant, sibiq[ue] serviebant. Iam ex nunc et de facto Honestis Hyacintho Poplawski et Eius Coniugibus legitimis eorumq[ue] posteris Dat, Donat, inscribit et perpetuo resignat, prout dedit donavit et perpetuo resignavit. In quae quidem bona fundi suprascripti per se Recognoscentem donata et resignata eadem Honesta Tacia Kotowna praefato Hyacintho Poplawski et Eius Coniugibus et ips[is] posteris eisme ex nunc et de facto coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq[ue] possessionem, per Ministerium quemcunq[ue] competen[tem], et nobilitatem Duos die quacunq[ue] volueri[n]t Officiose acceptan[d]. Per ips[os] Honestos Poplawski Coniuges Donatarios suos et ipsorum successores haec eadem bona praemissaq[ue] omnia praesen[tibus] donata et resignata cum universis eorumq[ue] utilitatibus et usufructibus, competentiis et pertinentiis quavis tenen[di], habendi et possidendi, illisq[ue] quiete et pacifice utifruendo ac ad usus suos suorumq[ue] successorum quosvis beneplacitos ususfructus libere et effectualiter convertendo modo ac titulo puri, meri, et irrevocabilis Donationis, Deserq[ue] et tenetur praenominata Honesta Tacia Kotowna Recognoscens, prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis quibusvis peculiis habitis et haben[dis] praenominatis Honestis Poplawskim Coniugibus Donatariis ipsis suis, inscribit et obligat praesen[tibus] ipsum et eius successores in dictis bonis praemissisq[ue] omnibus praesen[tibus] donatis et resignatis et ratione eorumq[ue] omnium ab omni et quavis impetitione iuridica, quarumcunq[ue] personarum, cuiuscunq[ue] conditionis, status et sexus cuiusvis existen[tium] exonerando, per omnes praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio in omni Iudicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evincere, intercedere, et eliberare, indemnemq[ue] cum posteris reddere, nec non haec eadem bona, praemissaq[ue] omnia per se Recognoscen[s] praesen[tibus] donata et resignata, ab omnibus in genere iuribusq[ue] et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona praemissaq[ue] omnia, modo quovis cuiuscunq[ue] personarum factis et facien[dis]: item etiam a quibusvis obligationibus super eadem bona, praemissaq[ue] omnia, modo quovis importatis et importan[dis], Lucris Deniq[ue] et perlucris, processibusq[ue] Iuris quibusvis in quocunq[ue] puncto et gradu Iuris dependen[tibus] et in quovis Iudicio et Officio Regni obten[tis] et obtinen[dis], ac super praemissis omnibus praesentibus donatis, modo quocunq[ue] perductis et perducendis, emundare et eliberare

datq et libera semper facere, ac etiam Intromissionem p[rae]fatam coram officio p[rae]senti admissam in fundo bonorum p[rae]fatorum p[rae]sens donatorum et resignatorum, dum per Ministerii et Nobiles duos Officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare, et effectualiter admittere, datamq[ue] et admissa eadem, possessionem et Usumfructum p[rae]missorum omnium quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas, et subordinatas personas non p[rae]pedire nec adimere, ipsosq[ue] Donatarios suos et eorum successores in p[rae]missis omnibus p[rae]sens donatis et resignatis nullo modo inquietari; ita ut eadem bona p[rae]missaq[ue] omnia per p[rae]sens donata et resignata, cum universis eorundem utilitatibus et usufructibus, competentiisq[ue] et p[rae]rogativa quavis iidem Donatarij sui cum suis posteris quiete et pacifice p[rae]sentis Inscriptionis Donationis vigore tenere, habere, et possidere queant illisq[ue] uti frui=possint: idq[ue] sub damnis Terrestribus, simpliciter absq[ue] corporali Juramento taxandis et edicendis per eandem Recognoscentem sive eius successores p[rae]nominatis Donatarijs suis, aut ipsius posteris, ob non completionem p[rae]missorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis terrestribus simpliciter absq[ue] corporali Juramento taxandis modo p[rae]misso ad solvendum succubitis, ac re aliqua principali ex p[rae]missis non completa complenda, citata existens memorata Recognoscens Honesta Tacia Kotowna sive eius successores ad Instantiam p[rae]fatorum Honestorum Hrycko et Eva Coniugum legitimorum Donatariorum suorum vel eorum posterorum ad Officium p[rae]sens Castrense Capitaneale Premisliense, Ipsum recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis termino, tanquam peremptorio stare, iuri parere, rendere, Damna p[rae]dicta terrestria luere, inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq[ue] ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat p[rae]sens, illum terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causa eius terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum, servitio militari, ad munimenta ad evictorem, vel [illegible] quovis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad [illegible]tionem Utrarumq[ue] Officij p[rae]fati Castrensis Capitaneali Premisliensis Ter[illegible] Lawrhich

minibus

minos, dilationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel duplicati, evasinibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiando, nec modo aliquovis evadendo Hac sua praesenti Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vigore Laudi[,] Feria Sexta post Diem Cinerum proxima Anno Domini Millesimo Sextimo 6[0] gno Kulczycka Baranieckiem Donat. 8/III 1669

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Zofia Kulczycka olim Nobilis Wasko Kulczycki cum Nobili Maria Czaykowska procreata filia Nobilis vero Ioannis Kulczycki Darzynii Consors legitima, cum eiusdem Mariti sui uti Tutoris coniugalis personali assistentia et consenso, ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibuscunque proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa bona sua propria et haereditaria infrascripta, nempe certam sortem sibi e Divino et Naturali succesione post olim memoratum Parentem suum se Recognoscente inter caeteros Consuccessores et Consanguineos legitime concernentem in bonis Villae Kulczyce Terrae et Districtus praesentis Praemisliensis iacentem et consistentem cum omni praemissorum iure Dominio proprietate, haereditate, tituloq[ue] haereditario, cumq[ue] omnibus et singulis eorundem bonorum seu sortis Utilitatibus fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus item agris, pratis, campis, virgultis, nemoribus, indaginibus, attinentijs et pertinentijs quibusvis universis, nihil ex praemissis bonis Iuris Dominij, proprietatis haereditatis, ac cuiusvis Competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisq[ue] successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum ita late, longe, circumferentialiterq[ue] prout sortis memoratae bona se in suis metis et limitibus ab antiquo extendunt et protenduntur et pert